

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 36. Hæ conditiones immutatæ ob Ossati, & Perronii oppositionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. Dionysiopoli a Præsulibus recepta omni  
A.C. 1595. nino nulla declaretur. X. Ut habiliis ad regnum reputetur, per Legatum, a censuris solvi efflagitet. Denique XI. Concilium Tridentinum in Francia recipi procuret.

§. XXXVI.

*Hæc conditiones immutatae ob Offati,  
& Perronii oppositionem.*

*Thu. l. 113.* Offatus, & Perronius perceptis hisce conditionibus sese opponebant, hæc respondentes: (\*) Reges Franciæ, quantum ad jurisdictionem spectat, nullum Superiorem agnoscunt, neque pati possunt Franci, ut Reges ipsorum ulli se tanquam Superiori submittant, hinc

(\*) Cur autem ejusmodi responsum derint, reticet Continuator, eam vero Thuanus his verbis explicat: *in arcano procuratores viva voce, & pluribus ex locis tentati, an coronam ad pedes Pontificis deponere vellent, ac per illud signum, quasi regnum Franciam ejus manus consignare, quod ille se pro Regerens, quamvis a sancta Sede jure Successoris, & alio omni, quod in regno Franciæ sibi competere contendebat, privatus, contra divina iura, & humana occupasset, quam coronam post illam submissionem Pontifex in capite procuratorum mox reponeret.*

hinc longe decipiuntur illi, & in rerum Secul. XVI.,  
nostrarum cognitione, regni usibus, ac A.C. 1593.  
legibus toto cælo aberrant, qui aliam  
hac in re opinionem fovent. Postea  
plures hanc in rem habebantur consultationes, in quibus conditiones propo-  
sitæ in pluribus fuerunt temperatæ, ac  
tandem post multa responfa, & oppo-  
sitiones ultro, citroque propositas To-  
letus Cardinalis tanta dexteritate con-  
tentientium animos conciliabat, ut in  
hasce conditiones conventum esset.

### §. XXXVII.

#### *Sub quibus conditionibus absolutio Regi indulta?*

I. Perronius, & Ossatus Regis Procu- *Thu. 63*  
ratores Sacramentum usitatum *Avil. l.c.*  
dicant, spondentes, Regem sanctæ Sedi, *Spond. n. 93*  
& Ecclesiæ mandatis pariturum. II.  
hi Regis nomine coram Pontifice Cal-  
vinismum, & omnes alias hæreses eje-  
rent, & fidei professionem edant. III.  
Rex in Benearni principatu Religionem  
Catholicam restituat, & Episcopos Ca-  
tholicos in eo nominet, & quoisque  
antiqua bona eis restituantur, duobus  
Episcopis, quantum sat erit, ut se pro-  
dignitate sustentent, de suis bonis lar-  
giatur. IV. Intra annum juvenem  
Principem Condæum e manibus hære-  
ticorum recipiat, & in manus Catho-  
licorum